Si dubitatum unquam esset, an D. Baltassar de Loyola sit filius Maomettis Serifi Abdulusecked Regis Fessę in Mauritania citeriore, nullius negotij fuisset id afferre testatum pluribus argumentis, tum Melita, tum Messana huc adductis. At quia nihil ipsius intererat hoc Romę sciri, quò in nullum alium finem se contulit, quàm ut apud Patres Societatis instruatur pietate ac litteris, quas à primis gramaticę rudimentis exorsus est, tum facta ipsi per summum Pontificem facultate, ordinetur Sacerdos, propterea et quas inde inuitus attulerat probationes abiecit, et nullę postea repetitę sunt.

Attulerat autem ab Emin. de Rodin magno magistro Equitum Hierosolymitanorum commendatitias ad Emin. Card. De Lugo litteras, et Baliuij Rospigliosij ad Ill.mum Abbatem Rospigliosium, et D. Andreę Auernę ad Excell. Comitemstabilem Columnam, et aliorum, in quibus omnibus Regis Fessę filius uocabatur. At ipse non petitas, sed inuito oblatas, et nulli usui sibi futuras, quin potius modestię ac desiderio latendi non leuiter obfuturas, partim exussit, partim amico P. Joanni Rho petenti habendas permisit. Quare superant solę ex pluribus binę, Rospigliosij, et Auernę, ex quibus placet aliquid afferre: ac primò Baliuij ad Abbatem.

Renderà à V.S. Ill.ma la presente il sig.r Diego Baltassar, il quale dopo esser stato alcuni anni schiauo di questa Religione, finalmente pagato il suo riscatto, et essendo in procinto di andarsene

alla patria; illuminato da Dio uolse uenire alla santa Fede,
doue non meno per l'ingegno suo solleuatiſſimo che lo rendeua
trà primi dotti della Legge Maomettana, che per lungo stu=
dio di trè anni fatto in Meſſina ui si è in maniera approfitta=
to, che oltre la nascita sua molto cospicua, per eſſer figlio
del regnante Rè di Feſsa, pare che meriti ogni aiuto e
fauore, si come la Religione, in riguardo di queste sue parti,
l'hà aſsegnato e confermato uita durante prouisione di
scudi quindeci il mese, con il quale aſsegnam.to hà risoluto
uenirsene costà per continouar gli studij, e per ottenere da
N. Sig.le la dispensa di farsi Sacerdote. Malta li 7 Ottobre 1659.

Meſsana uero D. Andreas Auerna ad Comitem stab. Columnā:

Ecc.mo mio Sig. Cog.no e Pron. Oss.mo Sarà portator di questa il Sig.r D.
Baltaſsarre Loiola, che uiene costì in abito di prete per ot=
tener dispensa di potersi far sacerdote: e perche non è per=
sona ordinaria, mà di sangue reale, figlio del Rè di Feſsa
negl'infedeli, e di molta consideratione per la conuersione
fatta alla nostra santa Fede, con ammiratione uniuersale
e stupore di tutti suoi conoscenti, si per il feruor grande con
che l'abbracciò, integrità di uita esemplariſſima, esperienza
d'anni trè, che è stato in queste parti, e dopo che fù preso
dalle galere della Religione di Malta, com'è maggiore per

il modo singolarissimo, mentre hauendoli uenuto il riscatto dal Rè suo Padre, e imbarcato per andarsene al suo paese, ritornò spontaneamente à terra pieno di fuoco diuino & Messina li 27. Ottobre 1659.

Extant pretera litterę Mauritani cuiusdam, qui cum Fessa Melitam nauigasset, ut eum à christiana fide reuocatum in patriam abduceret, ubi discessisse Messanam audiuit, quod iam non poterat coram, per litteras frustra tentauit. Reliqua charactere arabico exarata sunt, nostrate, sola inscriptio, quę sic habet. Al Collegio delli Padri Giesuiti. sia data al figlio del Rè di Fies. à Messina.

Eius autem Regis filium se professus est D. Baltassar, non ex quo primum christiana sacra suscepit: quin e contrario, ab ea ipsa die parentis et Regni, quod illi (utpote natu maximo) hęreditate obueniret, planè oblitus uidetur: adeo nunquam uel inter amicos quibuscum familiariter agit, meminit parentis, aut Regni, quod in spem tanto maiorem pro fide dimisit: sed eo solum nomine gloriatur, quod Christianus sit. Prodidit ergo sese quo primum die captus est: et frustra dissimulasset quod nauarchus et plurimi uectorum prodidissent. Eumdemque dum Melitę per 60. menses, impetrata redemptione opperitur pretium, Regis filium salutarunt Mauritani aliquot, qui eum Fessę uiderant, et Consul Anglorum

Tuneto advectus, alijque tam multi, ut nulla vel levissima suspicio iniecta sit unquam sive Equitibus Hierosolymitanis, sive alij cuipiam, quin is Regis Fessę filius sit.